tio non numeratæ dotis, vel pecuniæ: (z) item exceptiones rei judicatæ, jusjurandi, & tranſactionis, quia in vim dilatoriarum opponuntur ad proceſſum, & etiam in vim peremptoriarum, & ita judicantur à forma, & modo opponendi illas: (a) ſimiliter exceptio, tu non es procurator, (b) vel exceptio, tu es filiusfamilias, vel es ſervus, vel es minor, vel pupillus: nam licet iſtæ exceptiones ſint dilatoriæ, tamen quia proceſſus redditur nullus ex actis geſtis ab eis, quandocunque opponi poſſunt, etiam poſt litem conteſtatam: ac ideò *Anomalæ* dicuntur: (c) *Præjudiciales* etiam dicuntur, ut reſolvit Didac. Perez. (d)

84. Et de iſto libello exceptionum dilatoriarum, vel emergentium datur copia actori, & ſummariè de eis cognoſcitur, & in eis ante diffinitivam expreſſa, vel tacita pronuntiatio, procedendo ad ulteriora proceſſus, requiritur. (e) 85. Cæterùm ſi reo nulla exceptio dilatoria, ſeu emergens competat, ſtatim poſt oblationem, & intimationem libelli actoris eidem reo factam, intra novem dies tenetur litem conteſtari de *Jure bujus Regni*; (f) at verò apud Luſitanos reus tenetur litem conteſtari intra terminum à Judice aſsignandum, (g) ideoque opportunè erit dicendum de 6. Tempore, &c.

EX SEXTO TEMPORE

SUMMARIA.

1 *LIS conteſtatio nihil aliud eſt, quam principalis cauſæ narratio, & ad eam apud Judicem competentem ſequuta reſponſio.*

2 *Litis conteſtatione omiſſa, proceſſus erit nullus.*

3 *Litis conteſtatio eſt lapis angularis, & judicii fundamentum.*

4 *A partibus remitti non poteſt litis conteſtatio.*

5 *Poteſt reus à Judice compelli litem conteſtari.*

6 *Reus litem non conteſtans, pro confeſſo habetur.*

7 *Litis conteſtatio in cauſis ſummariis neceſſaria non eſt, niſi* Jure Regio.

8 *In quibuſdam caſibus litis conteſtatio non requiritur, remiſſivè traditur.*

9 *Litis conteſtatio præcludit viam dilatorias exceptiones opponendi.*

10 *Perſonalis actio poſt litis conteſtationem uſque ad quadraginta annos perpetuatur.*

11 *Invalida litis conteſtatio actionem non perpetuat.*

12 *De dolo actio per litis conteſtationem non perpetuatur.*

13 *Quamlibet præſcriptionem litis conteſtatio, etiam coram arbitro facta, interrumpit.*

14 *Per litis conteſtationem adverſarius in mala fide conſtituitur.*

15 *Per litis conteſtationem in mora quis conſtituitur.*

16 *Procurator, lite conteſtata, dominus litis efficitur, nec revocari poteſt, niſi in certis caſibus.*

17 *Poteſt procurator poſt litem conteſtatam, utpotè dominus litis, alium procuratorem ſubſtituere.*

18 *Poſt litis conteſtationem Delegatus ab aliis, quàm à Principe, poteſt aliis cauſam committere.*

19 *Lite non conteſtata, non poteſt procedi ad teſtium receptionem, vel ad juramentum calumniæ, aut ad ſententiam diffinitivam, & num. 20.*

21 *Poſt litem conteſtatam reus Judici ſubjicitur, & actori obligatur.*

22 *Poſt litis conteſtationem cauſa uſuraria efficitur.*

23 *Litis conteſtatio fieri debet poſt libellum porrectum, & poſt viginti dierum dilationem ad deliberandum conceſſam.*

24 Jure Regio *intra novem dies lis conteſtanda eſt, alias reus pro confeſſo habetur.*

25 *Contumax nemo dicitur ante contumaciæ incuſationem.*

26 *Terminus novem dierum ad conteſtandum aſsignatus, non poteſt per Judicem reſtringi, ſecundum communem Doctorum; tamen Auctor tenet contrarium.*

27 *Quotieſcunque ipſo jure aliqua lege pœna imponitur, ſententia prius declaratoria requiritur.*

28 *Reo ante Judicis declarationem mortuo, pœna non tranſit ad hæredes.*

29 *Reus intra novem dies litem non conteſtans, poteſt nihilominus intra dies viginti peremptorias exceptiones objicere.*

(z) Secundùm Specul. tit. de *Except.* in princ. n. 7. verſic. *Anomalæ verò.* Aſin. in Praxi, §. 13. cap. 7. n. 2.

(a) Secundùm Lanc. Corradum in ſua Pract. lib. 1. cap. 9. de *Prætor.* §. 2. de *Offic. Prætor. in cauſis civilib.* tit. de *Incidentib. & emergentib.* num. 2. Beroium, cap. *Super litteris*, n. 76. de *Reſcript.*

(b) Quam probat leg. *Licèt*, & ibi Alex. Cod. de *Procur.* Et Dueñ. in regul. 264.

(c) Secundùm Aſin. in Praxi, §. 13. cap. 2. limit. 8.

(d) In leg. 1. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. mihi 1007.

(e) Secundùm gloſſ. in cap. 1. de *Ordin. cogn.* & ibi Panorm. n. 22. & communiter omnes ex Imol. ibi n. 6. Cin. & Paul. Caſtr. n. 9. in leg. 1. Cod. de *Ordin. jud.*

(f) Juxta text. in leg. 1. tit. 4. lib. 4. Recop.

(g) Juxta Ordinat. Luſitan. lib. 3. tit. 39. in princ.

30 *Reus intra novem dies litem non conteſtans, videtur confirmare petitionem adverſarii.*

31 *Novem dies ad conteſtandum à lege conceſſi, ſunt continui, & non utiles.*

32 *Conteſtatio, non ſolum die feriata, ſed etiam, actore abſente, fieri poteſt.*

33 *Si reus per viam reconventionis aliquid ab actore petierit, etiamſi actor intra novem dies petitionem non fuerit conteſtatus, non habebitur pro confeſſo.*

34 *Si dominus non fuerit citatus, vel procurator ſpecialiter ad eam cauſam non fuerit conſtitutus, procuratoris contumacia in non reſpondendo domino nocere non poteſt.*

35 *Si reus compareat, & poſtea ſine Judicis licentia recedat, lis pro conteſtata habetur.*

36 *Lex* 1. *tit.* 4. *lib.* 4. *Recop. non habet locum in cauſis criminalibus, etiam civiliter intentatis.*

37 *Reus libello inepto non reſpondens, pro confeſſo, vel contumace Jure communi non habebatur.*

38 *Etiamſi petitio inepta ſit, dum talis inveniatur, ex qua intentio actoris cognoſci poſſit, reus intra novem dies non reſpondens, habetur pro confeſſo* Regio Jure.

39 *Reus intra novem dies litem non conteſtans, ſi poſtea onus probandi, quod actori incumbebat, in ſe ſuſcipiat, etiam termino elapſo, excuſatur, & appellare poteſt à ſententia Judicis declaratoria.*

40 *Contumax non auditur appellans.*

41 *Fictus contumax appellare poteſt.*

42 *Adverſus lapſum termini minor reſtituitur.*

43 *Minor adverſus veram confeſsionem reſtitui poteſt.*

44 *Lex* 1. *tit.* 4. *lib.* 4. *Recop. non ſervatur apud Regios Supremoſque Judices.*

45 *Inferiores Judices non poſſunt recedere ab obſervantia legis, etiam duriſsimæ.*

46 *In cauſis gabellarum lis conteſtanda eſt, infra trium dierum ſpatium, aliàs reus pro confeſſo habendus eſt.*

47 *Conteſtatio antiquitùs per diverſa, & plura verba fiebat.*

48 Regio Jure *conteſtatio fit per verbum* Nego, *aut per verbum* Confiteor.

49 *Conteſtatio litis fieri debet intra novem dies, Judice, actore, & tabellione præſentibus.*

50 *Si actor inveniri, aut Judex non poſſint, litis conteſtatio, abſente actore, fieri poterit in eo loco, in quo Judex inveniri poſſit.*

51 *Libellus litis conteſtationis Hiſpano ſermone compoſitus.*

52 *Per hæc verba:* Nego in totum petitionem, ſicut in ipſa continetur, *litis conteſtatio inducitur.*

53 *Verba* Cum animo petitionem conteſtandi *non ſunt neceſſaria.*

54 *Litis conteſtatio ſuper inepto libello facta, eſt ipſo jure nulla.*

55 *Reus habet viginti dies ad opponendas exceptiones peremptorias poſt litis conteſtationem.*

56 *Quando bene fundatum eſt jus litigantis, in ipſa litis conteſtatione poteſt peremptorias opponere.*

58 *Juri ſuo poteſt quilibet renuntiare.*

SEXTUM TEMPUS.

LITIS CONTESTATIONIS.

1. Litis conteſtatio eſt *principalis negotii apud Judicem competentem facta narratio, & ad eam ſequuta reſponſio.* (a) 2. Quæ litis conteſtatio eſt actus ſubſtantialis judicii, & proceſſus, adeò, quod ſi omittatur, proceſſus erit nullus. (b) 3. Unde Baldus (c) inquit, quod conteſtatio litis eſt *lapis angularis, & fundamentum judicii*, (d) 4. in tantum quòd à partibus conteſtatio litis remitti non poteſt, (e) & Didac. Perez (f) concludit, 5. reum

(a) Ita colligitur ex cap. unic. junct. gloſſ. Extra de *Lit. conteſt.* ex cap. *Dudum* II. de *Elect.* ex leg. *Rem non novam*, §. *Patroni*, Cod. de *Jud. conven.* leg. 19. tit. 4. leg. 2. & 3. tit. 10. Part. 3. leg. 1. tit. 4. lib. 4. Recop. & Ordin. Luſitan. lib. 3. tit. 19. in princ. Tradit Tiraq. de Retract. lib. 1. §. 15. gloſſ. 2. n. 1. Damhaud. in Praxi, cap. 120. n. 1. & cap 140. n. 1. & Marant. de Ordin. Jud. 6. part. memb. 10. num. 3. & Joan. Parlador. in Rerum Quotid. cap. 14. n. 3. quo in loco, n. 1. & 2. tradit, cur litis conteſtatio ita dicatur, rejecta etymologia Pompeii, & Tiraqueli.

(b) Secundùm gloſſ. dict. cap. *Dudum*, verb. *Irritum duximus*, & gloſſ. in leg. *Prolatam*, Cod. de *Sent. & interl. omn. jud.* Et ibi Bart. & omnes gloſſ. cap. unic. de *Lit. conteſt.* in fin. & gloſſ. in cap. *Quoniam*, de *Probat.* verb. *Reſponſiones.*

Et de *Jure Regio* hæc opinio probatur in leg. 7. tit. 3. Part. 3. & in leg. 2. tit. 16. Part. 3. & in leg. 8. & 9. tit. 22. Part. 3. Et reſolvit Avend. in 1. reſponſ. n. 4.

(c) In cap. 1. Extra de *Lit. conteſt.*

(d) Not. Jaſſ. in leg. *Si is qui*, n. 7. ff. de *Jurejur.* Sebaſt. Vant. de Nullit. Proceſſ. pag. 298. n. 28.

(e) Secundùm gloſſ. in cap. *De cauſis*, de *Offic. Deleg.* quam ibi teſtantur communiter receptam Dec. & Soc. in cap. 1. de *Lit. conteſt.* Greg. Lup. in leg. fin. tit. 10. Part. 3. verb. *Lo que no ſe podria.*

(f) In leg. 1. tit. 3. lib. 3. Ordin. col. mihi 862. ubi in quæſt. 4.

reum poſſe præcisè à Judice compelli, litem conteſtari, per text. in leg. 10 tit. 3. Part. 3. & ante eum idem reſolvit Maranta. (*g*)

Cæterùm ſi reus noluerit litem conteſtari, proceſſus geſtus abſque litis conteſtatione validus erit. (*h*) Et Avendanius (*i*) inquit, 6. *hodie* proceſſum ſine conteſtatione valere, cum reus non conteſtando por confeſſo habeatur, & condemnari poſsit, ut probatur in leg. 1. tit. 4. lib. 4. Recopil. Sed hoc eſt falſum: nam ibi non deficit litis conteſtatio, cum illa ficta confeſsio pro conteſtatione habeatur, ut infrà dicemus in ſexto intellectu dict. leg. 1. 7. In cauſis vero ſummariis de *Jure communi* litis conteſtatio non requiritur, (*j*) nam in eis loco litis conteſtatæ habetur ille primus actus, qui in Judiciis Ordinariis ſolet ſequi poſt litem conteſtatam; ut putà dilatio ad probandum; (*k*) tamen de *Jure Regio* etiam in cauſis ſummariis litis conteſtatio neceſſaria eſt, ut probat text. in leg. 10. tit. 17. lib. 4. Recopil. ibi: *Deſque los Pleytos ſon conteſtados*: nam ibi dicitur, quod attenta veritate procedatur, etiamſi omiſſa fuerit aliqua ſolemnitas ordinis judiciarii: ergo ſupponit, quod in cauſis ſummariis litis conteſtatio interveniat: probatur etiam in leg. 5. tit. 7. lib. 9. Recopil. Ubi dicitur, 8. quod in cauſis gabellarum, in quibus ſummariè proceditur, litis conteſtatio fiat: & octuaginta & duos caſus, in quibus litis conteſtatio non requiritur, congerit Socinus. (*l*)

9. Litis tamen conteſtatio operatur effectus ſequentes. *Primò* enim, præcludit viam opponendi exceptiones dilatorias, nec poſt eam opponi poteſt declinatoria fori. (*m*)

10. *Secundò*, poſt litem conteſtatam omnis perſonalis actio perpetuatur uſque ad quadraginta annos: (*n*) 11. quæ tamen opinio vera eſt in conteſtatione valida; nam conteſtatio invalida non perpetuat actionem. (*o*) 12. Pari modo actio de *dolo* non perpetuatur per litis conteſtationem. (*p*)

13. *Tertio*, litis conteſtatio interrumpit quamlibet præſcriptionem, (*q*) etiamſi facta fuerit coram arbitro. (*r*)

14. *Quarto*, per conteſtationem adverſarius conſtituitur in mala fide, quantum ad fructus. (*ſ*)

15. *Quinto*, conteſtatio litis conſtituit partem adverſam in mora, (*t*) præſertim in iis, quæ debentur officio Judicis. (*u*)

16. *Sexto*, per litis conteſtationem procurator conſtitutus, efficitur dominus litis, nec revocari poteſt, niſi in certis caſibus. (*x*)

17. *Septimo*, procurator poſt litem conteſtatam poteſt alios ſubſtituere, tanquàm dominus litis. (*y*)

18. *Octavo*, poſt litem conteſtatam Delegatus ab alio, quàm à Principe, poteſt aliis cauſam committere: (*z*) quæ opinio *Jure Regio* approbata eſt per text. in leg. 19. tit. 4. Part. 4. de *Jure* tamen *communi* contraria opinio verior eſt, quam firmat Gloſſa. (*a*)

19. *Nono*, facta litis conteſtatione, juratur de calumnia, & teſtes recipiuntur: quòd tamen antea fieri nequit. (*b*)

20. *Decimo*, ad diffinitivam ſententiam proceditur poſt litem conteſtatam, ad quam ſine litis conteſtatione procedi non poteſt. (*c*)

21. *Undecimo*, per litis conteſtationem clauditur via multis malitiis, & reus Judici ſubjicitur, & obligatur actori. (*d*)

22. *Duodecimo*, poſt litem conteſtatam cau-

(*g*) Ubi ſupr. num. 8. & Aſin. in Praxi, §. 17. cap. 5. tametſi Bolog. in Repet. leg. *Si finita*, §. *Julianus*, n. 78. ff. de *Damn. infect.* duas opiniones communes contrarias adducat.

(*h*) Secundùm Bart. in leg. *Non videtur defendere*, ff. de *Reg. jur.*

(*i*) In dict. reſponſ. 1. n. 21.

(*j*) Ut probat text. in Clem. *Sæpè*, de *Verbor. ſign.* & ibi firmant Card. & Bonif.

(*k*) Ita reſolvunt Didac. Perez ubi ſupr. col. 861. Et Aſin. in Praxi in princ. cap. 8. n. 11.

(*l*) In cap. *Quoniam frequenter*, à n. 9. *Ut lite non conteſt.*

(*m*) Ut in leg. *Pomponius*, §. *Ratihabitionis*, ff. de *Procur.*

(*n*) Ut in leg. *Sæpè*, Cod. de *Præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* & in leg. 1. Cod. de *Ann. excep.* Tradit latè Alex. in leg. *Si quis eum*, §. *Qui injuriarum*, ff. *Si quis caut.* Rebuf. in Conſt. Regal. Galliæ, 2. tom. Tract. de Reciſione contractus, gloſſ. 19. num. 24.

(*o*) Secundùm Paul. Caſtr. in leg. *Si quis*, §. *Quod ſi quis*, num. 2. ff. de *Injuſt. rupt.* Et latè Tiraq. de Utroque Retract. lib. 1. §. 1. gloſſ. 9. n. 83. Et Didac. Perez in leg. 1. tit. 3. lib. 3. Ordinam.

(*p*) Ut probat leg. ult. Cod. de *Dolo*.

(*q*) Ut probat text. in leg. *Sicut*, Cod. de *Præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* & leg. *More*, Cod. de *Rei vend.*

(*r*) Ut probat text. in leg. pen. Cod. de *Recept. arbitr.*

(*ſ*) Ut probat text. in leg. *Certum*, & in leg. *More*, Cod. de *Rei vend.*

(*t*) Secundum Alex. in conſil. 48. lib. 4. col. fin.

(*u*) Ut in leg. *Cum poſtulaſſem*, ff. de *Dam. infect.*

(*x*) Ut in leg. *Poſt litem*, cum leg. ſeq. ff. de *Procur.*

(*y*) Ut in leg. *Neque*, Cod. de *Procur.*

(*z*) Juxta gloſſ. in leg. *Et quia*, verb. *Nec ipſa lex* in fin. ff. de *Juriſd. omn. jud.* & gloſſ. in leg. fin. verb. *Nec habent*, Cod. *Ubi*, *& apud quem.* Specul. in tit. de Litis conteſtat. verſic. *Effectus*.

(*a*) In cap. *Cum Bertholdus*, verb. *Committentibus*, de *Re jud.* & gloſſ. cap. 1. de *Procur.* in 6. gloſſ. in leg. *A Judice*, Cod. de *Judic.* Tradunt Bart. n. 11. Jaſſ. & Zaſ. n. 36. in leg. *More*, ff. de *Juriſd. omn. jud.*

(*b*) Ut in toto tit. *Ut lit. non conteſt.*

(*c*) Ut in Auth. de *Exhib. reis*, §. *Si verò*, Collat. 5.

(*d*) Secundum Specul. tit. de Litis conteſtatione, verſic. *Effectus* in fin.

cauſa fit uſuraria, quæ prius non erat. (*e*) Alios plures effectus congerit Speculator, (*f*) & ſeptuaginta & quinque effectus litis conteſtationis congerit Rebufus in Tract. de Effectibus litis conteſtationis.

23. Hæc litis conteſtatio de *Jure Communi* fieri debet poſt exhibitum, & porrectum libellum ab actore, & poſt dilationem viginti dierum conceſſam ad deliberandum: (*g*) 24. at verò de *Jure Regio* lis conteſtari debet intra novem dies continuos connumerandos à die, quo libellus porrectus ab actore fuit intimatus reo, vel ejus Procuratori; alioquin reus ſi non fuerit conteſtatus litem in dicto termino, habetur ipſo jure pro confeſſo, ob ejus contumaciam, abſque eo quòd Judex ſuper iſto articulo ſententiam condemnatoriam proferat: ita expreſsè diſponit lex 1. tit. 4. lib. 4. Recopil. Cujus tamen leg. 1. diſpoſitionem intelligo procedere: *Primò*, quando reus fuit citatus perſonaliter, & recipit copiam libelli; ſecus verò quando non comparuerit, nec recepit copiam libelli, nam tunc vigore citationis adverſus citatum proceditur ad miſsionem ex 1. & 2. decreto, vel aliis remediis, ut reſoluiſti infrà 2. part. hujus 1. Tomi. Et ita dict. legem 1. intelligit Didac. Perez in l. 1. tit. 3. lib. 3. Ordin. *Secundò*, intelligo diſpoſitionem dict. leg. 1. procedere, etiamſi accuſatio contumaciæ ab actore non fiat: adhuc enim reus pro confeſſo haberetur, ut probat dict. lex 1. in illis verbis: *Si aſsi no reſpondiere, ſea habido por confeſſo por ſu rebeldìa.* (*h*) Nihilominus tamen oppoſitam ſententiam praxis recepit, imò incuſationem contumaciæ præcedere debere ab actore, ad hoc ut reus pro confeſſo habeatur, (*i*) qui ſtylus tanquam lex obſervandus erit ſecundum Matth. de Afflictis, (*j*) & ſatis probat ipſa lex 1. ibi: *Por ſu rebeldìa*: 25. quia contumax non dicitur ante incuſationem contumaciæ, (*k*) & hoc modo procedit Ordinatio Luſitanorum lib. 3. tit. 39. in princ. ibi: *A a ſua reveria o julgador conteſte por ele.* *Tertiò*, deciſionem dict. leg. 1. intelligo procedere, dummodo terminus novem dierum non reſtringatur à Judice: 26. nam Judex, etiam ex aliqua cauſa, non poteſt illum perſtringere, cum ſit à lege conceſſus; (*l*) oppoſita tamen ſententia verior eſt, ut conſtat ex his, quæ ſupra reſolvimus in 5. Tempore, n. 18. *Quartò*, intelligo dict. deciſionem text. in dict. leg. 1. quòd licèt per lapſum novem dierum ipſo jure, ſine aliquo proceſſu, & ſententia reus habeatur pro confeſſo, ut probat dict. lex 1. tamen requiritur ſententia interlocutoria hoc declarans: 27. nam quando ipſo jure eſt impoſita aliqua pœna, ſemper requiritur ſententia declaratoria. (*m*) 28. *Quinto*, intelligo, quod ſi reus moritur, antequàm à Judice declaretur pro confeſſo, quod pœna hujus legis 1. ad hæredes non tranſit. (*n*) Nec huic intellectui obſtat, quòd cum iſta pœna impoſita ſit à lege, per conſequens deberet ad hæredes tranſire: (*o*) nam illud eſt verum, quando ſententia declaratoria Judicis præceſſerit. (*p*) 29. *Sextò*, intelligo, quod licèt reus, non conteſtando litem intra novem dies, habeatur pro confeſſo, non tamen prohibetur poſteà intra viginti dies objicere exceptiones peremptorias, ad repellendam intentionem adverſarii ſuper principali quæſtione, ut putà, ſi opponat exceptionem pacti de non petendo, jurejurandi, præſcriptionis, vel ſimilis: nam per prædictam legem 1. hoc non eſt prohibitum, imò permittitur, 30. quia per hanc fictam confeſsionem litis conteſtatio inducitur, con-

(*e*) Ut probat text. in leg. *Lite*, ff. de *Uſur.*

(*f*) In tit. de Litis conteſt. verſic. *Effectus*, Bonif. in ſua Peregrina, verb. *Litis conteſtatio*, quæſt. 3. Marant. de Ordin. Jud. 6. part. mem. 10. n. 15. & Damhaud. in Prax. cap. 120. & cap. 140.

(*g*) Ut in Auth. *Offeratur*, Cod. de *Lit. conteſt.* & in cap. *Induciæ*, verſ. *Offeratur* 3. quæſt. 3.

(*h*) Et firmat Bald. in leg. *Si tutor*, Cod. de *Interd.* lect. 1. n. 1. Refert Did. Perez in Addit. ad Seguram in leg. 3. §. fin. de *Lib. & poſth.* n. 82.

(*i*) Quam opinionem firmat Innocent. in cap. *Calumniam*, de *Pœn.* & ibi Joan. Andr. & Ancharr. conſil. 97. col. 2. in fin.

(*j*) Deciſione 135. n. 3. Dec. in cap. *Ex literis*, n. 6. de *Conſtit.*

(*k*) Ut probat leg. *Properandum*, §. 1. de *Judic.* & ibi Bald. n. 4.

(*l*) Argum. text. in cap. *Indultum*, de *Reg. jur.* in 6. & firmat Jacob. de Arec. relatus à Bart. in leg. 2. n. 4. ff. de *Re jud.* Ubi hanc opinionem teſtatur communem Jaſſ. n. 22. Ripa num. 14. & Dec. in Rubric. Cod. de *Succeſ. edict.* num. 4.

(*m*) Secundùm Bart. in leg. *Ejus qui*, ff. de *Jur. fiſc.* Bald. leg. *Jubemus*, §. *Sanè*, Cod. de *Sacroſanct. Eccleſ.* Rom. conſil. 211. col. 3. & probatur in cap. *Cum ſecundum leges*, de *Hæret.* in 6. Et probat gloſſ. in cap. *Quam ſit*, verb. *Ipſo*, de *Elect.* in 6. gloſſ. in cap. *Licet canon.* verb. *Juſto impedimento*, eod. tit. & lib. & hanc dicit veriorem, & magis communem opin. Auguſt. Beroius in cap. 1. de *Conſt.* n. 137. Tiraquel. in leg. *Si unquam*, verb. *Revertatur*, numer. 400. Cod. de *Revoc. donat.* Covarr. cap. *Cum eſſes*, n. 6. de *Teſtam.* & in 4. Decretal. 2. part. cap. 6. §. 8. n. 10. & in Reg. *Peccatum*, 2. part. §. 5. n. 6. & §. 8. n. 4. Soto lib. 1. de Juſt. & jur. quæſt. 6. art. 6.

(*n*) Secundùm Bart. in leg. 1. §. *Sed*, *& conſtitutio*, n. 4. ff. de *Calumn.* Facit text. in leg. *Ejus qui delatorem*, & ibi Bart. & in leg. *Ex judiciorum*, ff. de *Accuſ.*

(*o*) Secundum gloſſ. in leg. 3. §. *Quod autem*, ff. *Quod quiſq. jur.* Et firmat Panorm. in cap. ult. n. 11. de *Juram. calumn.*

(*p*) Secundum Didac. Perez in leg. 1. tit. 3. lib. 3. Ord.

confirmando petitionem actoris : negando enim, vel confitendo litis conteſtatio fit, ut probat dict. lex 1. & infrà dicemus: ergo poſt hanc conteſtationem exceptiones peremptoriæ objici poterunt à reo, intra viginti dies à jure aſsignatos ad illas opponendas, juxta text. leg. 1. tit. 5. lib. 4. Recopil. 31. *Septimo,* intelligo, quod novem dies à leg. 1. aſsignati ad conteſtandam litem, ſunt continui, & non utiles, & ita currunt de momento ad momentum, ut conſtat ex verbis ejuſdem lex ibi: *Continuos*, & de tempore continuo loquitur text. in cap. *Quia diverſitatem*, de *Conceſ. Preb.* & text. in Clem. unic. de *Reſtit. in integ.* (q) ac ideo, ut reus habeatur pro confeſſo, requiritur, quod totus terminus novem dierum ſit elapſus; 32. & hinc eſt, conteſtationem fieri poſſe die feriata: (r) poteſt etiam fieri actore abſente, (ſ) etſi de *Jure Communi* actore præſente fieri debeat. (t) 33. *Octavo,* intelligo dict. leg. 1. non procedere, quando reus per viam reconventionis aliquid petierit in libello reſponſorio: nam licèt actor litem non conteſtetur, non habebitur pro confeſſo. (u) *Nono,* intelligo dict. leg. 1. quod dum inquit, quod ſi petitio actoris intimata fuerit reo, vel ejus Procuratori, & neuter intra terminum conteſtationem fecerit, 34. quòd reus habebitur pro confeſſo, intelligi debet, quando dominus citatus fuerit, vel Procurator ſpecialiter fuerit conſtitutus ad illam cauſam, alioquin contumacia Procuratoris in non reſpondendo non nocebit domino. (x) 35. *Decimo,* intelligo dict. leg. 1. habere locum in caſu legis 1. tit. 11. lib. 4. Recop. ut putà, quando quis perſonaliter fuit citatus, & noluit comparere, vel jam quòd comparuit, illicentiatus receſsit, tunc etiam lis habetur pro conteſtata. 36. *Undecimo,* intelligo dict. leg. 1. non habere locum in cauſis criminalibus, etiam civiliter intentatis, & idem obſervandum eſſe in cauſa injuriarum criminaliter, vel civiliter intentata. (y) Intellige tamen hoc obtinere quoad incurrendam pœnam hujus leg. nempè, quod delinquens non conteſtans habeatur pro confeſſo, non vero, quod in cauſis criminalibus litis conteſtatio non ſit neceſſaria: quia imo neceſſaria eſt, (z) nam per reſponſionem accuſationi factam, vel inquiſitioni, ad interrogationem Judicis, lis conteſtata dicitur, & ita praxis obſervat, teſte Bartolo. (a) 37. *Duodecimo,* intelligo dict. leg. 1. quòd licèt de Jure Communi reus non reſpondens libello inepto, non habeatur pro confeſſo, vel contumace, quia judicium eſt nullum: (b) 38. *hodie* tamen, quamvis petitio ſit inepta, dummodo ſit talis qualis, ex qua colligi poſsit, quid actor petere velit, reus non conteſtando litem intra terminum pro confeſſo habebitur, vel contumace, cum *hodie* jam qualis talis petitio ſufficiat. (c) 39. *Decimotercio,* intelligo dict. leg. 1. quòd licèt reus pro confeſſo habeatur, non conteſtando litem, tamen ſi voluerit in ſe aſſumere onus probandi ſuam innocentiam, & contrarium ejus, quod ſibi petitur, admittendus erit, & excuſabitur; (d) poterit etiam reus appellare à ſententia Judicis, quia cum pro confeſſo declaravit; 40. licèt enim contumax, non audiatur appellans, (e) id intelligi debet in vero contumace, 41. ſecus tamen eſt in ficto. (f) 42. Deinde ſi reus minor vigintiquinque ann. fuerit, in integrum reſtitutionem petere poterit adverſus lapſum temporis, præſertim, quia adverſus confeſsionem veram minor reſtituitur. (g) 44. *Decimoquarto,* intelligo rigorem dict. leg. 1. quòd reus habeatur pro confeſſo non conteſtando litem intra terminum, non ſervari apud Regios, & Supremos Judices.

(q) Et ibi gloſſ. verb. *Continuum.* Tiraquel. de Utroque Retract. lib. 1. §. 35. gloſſ. 4.
(r) Ut probat text. in leg. 2. tit. 4. lib. 4. Recop.
(ſ) Ut probatur in dict. leg. 2. tit. 4. lib. 4. Recop.
(t) Secundum Bald. in leg. 1. verſ. 3. *Quæro*, n. 4. Cod. de *Lit. conteſt.* Marant. de Ordin. Judic. 6. part. mem. 10. n. 7. & Aſin. in Praxi, §. 17. cap. 3.
(u) Ut probat text. in leg. fin. tit. 4. lib. 4. Recop.
(x) Ex doctrina Bart. in leg. 1. §. *Si procurator*, num. 1. ff. *Si quis jus dicent.* Communiter recepta ex Soc. ibi n. 5. Et ita intelligit Didac. Perez in leg. 1. tit. 3. lib. 3. Ordin. col. 868.
(y) Secundum Didac. Perez leg. 1. tit. 3. lib. 3. Ordin. gloſſ. verb. *Maguer que diga el Procurador.*
(z) Secundum communem opinionem ex Soc. cap. *Qualiter, & quando*, n. 960.
(a) In leg. *Is qui reus*, n. 4. ff. de *Public. jud.* & Julio Claro lib. 5. Sentent. §. fin. quæſt. 45. n. 2. Et probatur in leg. 16. tit. 1. Part. 7. & ibi Gregor. Lup. verb. *Si ò non.*
(b) Ut not. Bartol. in leg. *Filiusfamilias*, ff. de *Interrog. act.* Paul. Caſt. leg. *Fidejuſſor*, n. 2. ff. de *Neg. geſt.*
(c) Hæc colliges ex iis, quæ reſoluiſti ſupr. in 4. Tempore, n. 5. & 16. Et in ſpecie firmat Avend. in reſp. 1. n. 21. verſic. *Hodie tamen, ſi petitio.* Quamvis ipſe perperam citet Doct. pro ſua opinione.
(d) Arg. text. in leg. 2. Cod. *Qui teſtam. fac. poſſ.* Ubi Angel. Paul. Salic. Alex. & Jaſſ. n. 6. & Bald. in leg. *Ita demum*, Cod. de *Procur.* Facit text. in leg. fin. §. fin. ff. de *Bon. eor. qui ante ſent. mort.* &c.
(e) Leg. *Properandum*, §. *Sin autem*, & ibi Bald. num. 5. Cod. de *Jud.*
(f) Secundum Bald. ubi ſupr. & ibi Alex. num. 17. & Hyppol. in ſing. 87.
(g) Secundum Bart. in leg. *Auxilium*, §. *In delictis*, n. 2. ff. de *Minor.* Alex. & Jaſſ. in leg. *Nam & poſtea*, §. *Si minor*, ff. de *Jurejur.* Dec. in leg. *Nil conſenſui*, §. *Non capitur*, ff. de *Reg. jur.* & Hyppol. in leg. 1. §. fin. n. 70. ff. de *Quæſt.*

ces. (h) 45. Cæterum apud Judices Inferiores rigor illius leg. obſervandus erit, quia Judices Inferiores recedere non debent ab obſervatione legum, quantumcunque duræ ſint. 46. *Ultimo* etiam, intelligo dict. leg. 1. ut dum diſponit litem conteſtandam eſſe intra novem dies, non procedere in cauſis gabellarum: nam in eis lis conteſtanda eſt, intra tres dies connumerandos à die intimationis libelli factæ reo, alioquin reus, non conteſtando intra illum terminum, pro confeſſo habebitur, ita diſponit lex 5. tit. 7. lib. 9. Recopil.

47. Rurſus hæc litis conteſtatio de *Jure communi* fiebat pluribus, & diverſis verbis: (i) 48. de *Jure* tamen *Regio* lis planè, & clare eſt conteſtanda per verbum *Nego*, vel *Confiteor*, ut probat expreſsè text. in dict. leg. 1. tit. 4. lib. 4. Recopil.

49. Inſuper litis conteſtatio fieri debet intra novem dies continuos, præſentibus Judice, actore, & Tabellione cauſæ, ſi inveniri poſſint; 50. alioquin fieri poterit die feriata, præſente, vel abſente actore, in loco ubi Judex inveniri poſsit, domi ſuæ, vel ubi protribunali ſedere ſolet coram Tabellione cauſæ, quando petitio eſſet in ſcriptis oblata, vel coram alio Tabellione illius loci, & teſtibus, quando non eſſet in ſcriptis redacta apud Tabellionem, coram quo petitio fuiſſet producta: & ſi abſente actore fuerit lis conteſtata, reus tenebitur conteſtationem coram Judice oſtendere, & actori dicere, cum primum in judicio actor comparuerit, aliàs incurret pœnas, leg. 2. tit. 4. lib. 4. Recopil. ubi prædicta forma præſcribitur: & conteſtatio erit formanda modo ſequenti.

Iluſtre Señor.

51. „ Geronymo, vecino de la Ciudad „ de Zamora, reſpondiendo à una demanda „ contra mi pueſta à pedimento de Pedro, ve„ cino de eſta Ciudad de Salamanca, en que „ en efecto me pide tal coſa, cuya forma ha„ bida aqui por inſerta, digo: Que la dicha „ demanda no es pueſta por parte, ni contra „ parte, en tiempo, ni en forma, ni ſegun, „ y como de derecho debia, y aſsi la niego „ en todo, y por todo, ſegun, y como en „ ella ſe contiene, con animo de la conteſtar, „ ſiendo de conteſtacion digna: y proteſto de „ allegar mis excepciones, y defenſiones den„ tro del termino de la ley: ſobre que pido juſ„ ticia, y el oficio de Vmd. imploro, y las coſ„ tas, proteſto, y pidolo por teſtimonio.

EXPOSITIO SUPRADICTI LIBELLI.

52. Diximus, *niegola en todo, y por todo, como en ella ſe contiene, &c.* per hæc verba communis practica conteſtatur litem, (j) & de *Jure Regio* probatur in leg. 3. tit. 10. Part. 3. ubi Gregor. Lupus (k) defendit, hanc formam conteſtandi procedere, etiam ſtante dict. leg. 1. tit. 4. lib. 4. Recopil. diſponente, conteſtationem fieri debere per verbum *Nego*, vel *Confiteor*: & prædicta verba ſunt magni effectus, nam ob ea reus ita reſpondens evitabit pœnas impoſitas adverſus negantes, (l) quas tamen incurreret, ſi ſimpliciter negaret. (m)

53. Diximus, *con animo de la conteſtar, &c.* nam licèt hæc verba non ſint neceſſaria, (n) communis ſtylus utitur in conteſtatione dictis verbis: & quando fuerit talis conſuetudo obſervanda erit. (o) Et facit, quia requiritur animus, & voluntas conteſtandi litem: nam humanæ aures noſtra verba judicant, qualia foris ſonant. (p)

54. Diximus, *ſiendo de conteſtacion digna, &c.* quia ſi ſuper inepto libello fieret conteſtatio, eſſet nulla; tamen quia poterat eſſe aliqualis petitio, ex qua conſtaret, quid actor petebat, in dubio illa verba apponuntur, ut ſi poſteà apparuerit, libellum non fuiſſe ineptum, reus non habeatur pro confeſſo, non conteſtando litem.

55. Diximus, *y proteſto de alegar mis excepciones, &c.* quia poſt hanc conteſtationem reus habet alios viginti dies ad objiciendas ſuas exceptiones peremptorias, (q) & licèt hanc proteſtationem reus non apponeret, non ideo amitteret jus opponendi illas; nihilominus tamen eſt utile, hanc proteſtationem ſubjicere. (r)

(h) Secundum Matienz. in Dial. Relat. 3. part. cap. 44. n. 6. Covarr. in lib. 1. Var. Reſol. cap. 1. n. 8. & Avend. in reſp. 1. n. 21.
(i) Ut notat Soc. in cap. 1. de *Lit. conteſt.* à n. 77. Marant. de Ordin. Jud. 6. part. mem. 10. n. 4.
(j) Secundum Marant. de Ordin. Jud. 6. part. mem. 10. n. 4. Aſin. in Praxi, §. 17. cap. 2. verſic. fin. Pract. Ferraræ in forma reſponſionis rei, verſic. Marant.
(k) Verb. *Non ſon.*
(l) De quibus in leg. fin. ff. de *Rei vend.* leg. *Contra negantem*, C. de *Leg. Aquil.*
(m) Secundum Bart. in leg. *Si dubitetur*, §. *Ita demum*, ff. de *Fidejuſſ.* receptum à Marant. & Aſin. in locis ſupr. proximè citatis.
(n) Ut diſpoſitum eſt in Rota 2. tit. de Lit. conteſt. in novis, & in antiquis, deciſ. 472. Tradit Specul. Tit. de Lit. conteſt. §. 1. n. 16. & 17. & 12. Et Greg. Lup. leg. 3. tit. 10. Part. 3. verb. *Non tamen.*
(o) Secundum Socin. cap. 1. n. 68. de *Lit. conteſt.*
(p) Ut in cap. *Humanæ aures* 22. quæſt. 5.
(q) Ut in leg. 1. tit. 5. lib. 4. Recop.
(r) Arg. text. cap. *Cum M.* juncta gloſſ. verb. *Sine præjudicio*, de *Conſtitut.*

56. Advertendum eſt prædictam formam conteſtationis ſimpliciter fieri abſque allegatione exceptionum peremptoriarum in cauſis arduis, vel quando dubitaretur de jure rei conventi: cæterum in cauſis parvis, vel quando reus vellet, aut ſuus Advocatus intelligeret ſuum jus bene fundatum eſſe, ſtatim in ipſa litis conteſtatione, poſt illam clauſulam: *Y aſsi la niego, &c.* exceptiones peremptoriæ erunt allegandæ; 57. quinimò hoc caſu reſpondendum erit, abſque allegatione dilatoriarum, & renuntiandum erit terminis litis conteſtationis, & exceptionum peremptoriarum, quòd fieri poterit, cum juri pro ſe inducto quis renuntiare valeat. (*f*) Unde cum poſt litis conteſtationem opponendæ ſint exceptiones peremptoriæ, videndum erit de 7. Tempore.

EX SEPTIMO TEMPORE.

SUMMARIA.

1 *PEremptoria exceptio appellatur, quæ jus actoris perimit.*

2 *Peremptoriarum exceptionum quædam ſunt litis finitæ, ut puta jurisjurandi, tranſactionis, & rei judicatæ.*

3 *Exceptiones litis finitæ, ſi ante litem conteſtatam oppoſitæ fuerint, litis ingreſſum impediunt.*

4 *Si poſt litem conteſtatam fuerint oppoſitæ exceptiones litis finitæ, cenſentur objici ad merita cauſæ, ut jus agentis perimant, & Judex cognoſcit de eis in diffinitiva ſententia.*

5 *Si exceptiones litis finitæ altiorem indaginem requirant, tum temporis non impediunt litis ingreſſum, ſed reſervandæ ſunt, ut de eis poſteà cognoſcatur.*

6 *Libellus opponendi exceptiones peremptorias ſermone Hiſpano formatus.*

7 *Si reus exceptiones litis finitæ in vim dilatoriarum ante litem conteſtatam oppoſuerit, & in earum probatione defecerit, poterit poſt litem conteſtatam eaſdem in modum peremptoriarum objicere, & per alios teſtes probare.*

8 *Peremptoria exceptio non poteſt poſt diffinitivam ſententiam opponi.*

9 *Aliquæ exceptiones peremptoriæ etiam poſt ſententiam opponi poſſunt.*

10 *In Regno Luſitaniæ tenetur reus poſt litem conteſtatam peremptorias exceptiones objicere, & intra decem dies illas probare debet.*

11 *Reus exceptiones non probans, in expenſis condemnatur.*

12 *Reus intra viginti dies actorem, ſi velit, reconvenire, tenetur.*

13 *Si exceptiones probari debeant per inſtrumenta, reus tenetur ea porrigere ſimul cum exceptionibus, aut reconventionibus.*

14 *Si per teſtes ſunt probandæ exceptiones, reus, cum eas opponit, jurare debet, ſe habere teſtes ad id probandum.*

15 *Si quis intra viginti dies peremptorias exceptiones non oppoſuerit, poterit reſtitutionem impetrare, ſi talis ſit perſona, cui reſtitutio competat.*

16 *Reſtitutio non, niſi ſemel, peti poteſt.*

17 *Libellus reſponſorius rei ad petitionem actoris, Hiſpano ſermone compoſitus.*

18 *In libello reſponſorio nomen actoris, & rei debet adſcribi.*

19 *Reus in exceptionibus actor reputatur.*

20 *Quod licet actori, non debet reo non licere.*

21 *Narratio rei ſummariè fieri debet.*

22 *Ex narratione ſimplici facti colligitur exceptio, quæ competit reo.*

23 *Exceptio non eſt in genere, ſed in ſpecie ponenda.*

24 *Poſito uno ex correlativis, reliquum poſitum cenſetur.*

25 *Præſcriptione triginta, vel quadraginta annorum reus ſecurus eſt.*

26 *Petitionis libellus, qui cauſam non continet, rejicitur.*

27 *Debitum præcedere requiritur, ut conſtitutum locum habere poſſit.*

28 *Si debitum aliqua poſſit exceptione Prætoria elidi, conſtitui non poteſt.*

29 *Reconventio intra viginti dies opponenda eſt.*

30 *In actoris, & rei libello oportet, ut adſit clauſula concluſionis.*

31 *Actori libelli reſponſorii rei copia exhibenda eſt.*

32 *Sex dies actori conceduntur, ad reſpondendum libello reſponſorio rei, à die notificationis libelli connumerandi.*

33 *Si actor juraverit, inſtrumenta ſe de novo inveniſſe, ultra ſex dies audiri debet.*

34 *Si actor reconveniatur, habebit novem dies ad reſpondendum reconventioni cum exceptionibus.*

35 *Libellus replicationis actoris Hiſpano ſermone confectus.*

36 *Clauſula, quæ apponitur in libello, ſcilicet*: No ſon dichas por parte, ni contra parte, en tiempo, y forma, *hodie poteſt eſſe magni momenti, & utilitatis.*

Co-

(*f*) Ut cap. *Ad Apoſtolicam*, de *Reg.*

37 *Copia libelli replicationis præbenda eſt reo.*

38 *Reus intra ſex dies tenetur reſpondere libello replicationis.*

39 *Reus jurans, ſe inſtrumenta de novo inveniſſe, auditur, etiam ultra ſex dies.*

40 *Copia ſimplex ſine die, & menſe, & anno unicuique parti eſt præſtanda.*

41 *Libellus duplicationis rei Hiſpano ſermone confectus.*

42 *Per clauſulam*; novatione ceſſante, negando lo prejudicial, &c. *Videtur quis recedere à qualibet erronea confeſsione.*

43 *Jure communi conceſſa erat triplicatio, & quadruplicatio.*

44 *Regio Jure duplicatio tantum permiſſa eſt.*

45 *Poſt duplicationem porrectam, ipſo jure abſque partium petitione, concluſum cenſetur in cauſa.*

SEPTIMUM TEMPUS.

OBJICIENDI EXCEPTIONES peremptorias.

1. EXceptio peremptoria, ſeu incidens dicitur illa, *quæ jus actoris in totum perimit.* (*a*) 2. Et ex his exceptionibus tres appellantur *litis finitæ*, nempe, exceptio jurisjurandi, tranſactionis, & rei judicatæ: dicunturque litis finitæ, quia inductæ ſunt ad hoc, ut finem litibus imponant. (*b*) Et his tribus exceptionibus litis finitæ addit quartam Maranta, (*c*) nempè, exceptionem præſcriptionis: (*d*) alias ſex addit Baldus. (*e*)

3. Quæ exceptiones litis finitæ dupliciter conſueverunt objici, propterea quod dilatoriæ, & peremptoriæ ſunt, & ita aliquando opponuntur *in vim dilatoriarum*, ut putà, cum opponuntur ante litem conteſtatam, quo caſu litis ingreſſum, & proceſſum impediunt; (*f*) 4. aliquando verò opponuntur *in vim peremptoriarum*, ut putà, cum poſt litem conteſtatam opponuntur, & tunc ad merita cauſæ objici cenſetur, ut jus agentis perimant: & de eis cognoſcit Judex; non tamen ſuper eis pronunciat: quia virtualiter cenſetur de eis pronunciaſſe, pronunciando ſuper cauſa principali in diffinitiva ſententia. (*g*) 5. Quæ exceptiones, quoties requirunt altiorem indaginem, nempè, quando non ſunt liquidæ, nec de facili liquidari poſſunt, (*h*) ſi opponantur ante litem conteſtatam, non impediunt ingreſſum litis; ſed Judex eas reſervat ad merita cauſæ, & ad ulteriora procedit, niſi opponens offerat ſe incontinenti probaturum eas: nam tunc impeditur litis ingreſſus: (*i*) & libellus in opponendis peremptoriis ante litis conteſtationem, ad impediendum ingreſſum, erit formandus modo ſequenti.

Iluſtre Señor.

6. ,, Geronymo, vecino de la Ciudad de
,, Zamora, parezco ante Vmd. y digo: Que
,, no eſtoy obligado à reſponder à la demanda
,, contra mì pueſta por parte de Pedro, veci-
,, no de eſta Ciudad, en que en efecto me pide
,, tal coſa, cuyo tenor habido por inſerto,
,, digo: Que la dicha demanda no es pueſta
,, por parte, ni contra parte, en tiempo, ni
,, en forma, careſce de relacion verdadera, y
,, que Vmd. me debe dàr por libre: porque
,, al dicho adverſo le obſta la excepcion de
,, tranſaction ſobre eſta miſma cauſa, la qual
,, le opongo *in vim dilatoriæ*, vel *peremptoriæ*,
,, como mas haya lugar de Derecho, para
,, impedir el ingreſſo, y progreſſo de eſta cau-
,, ſa, y para hacer ceſſar el orden de eſte Jui-
,, cio, y me ofrezco luego in continenti à pro-
,, bar la dicha excepcion, no me ofreſciendo
,, à ſuperflua probanza. Por que pido à Vmd.
,, que habida ſummaria informacion de lo di-
,, cho, me abſuelva de eſte Juicio, condem-
,, nando en coſtas al dicho adverſo: ſobre
,, que pido juſticia, y coſtas, y el oficio de
,, Vmd.

(*a*) Juxta text. in §. *Appellantur*, Inſt. de *Except.* & ſecundùm Guid. Pap. conſil. 24. num. 4. Caſſan. conſil. 9. n. 73. Lancel. in ſua Pract. cap. 9. de *Prætor.* §. 2. de *Offic. Præt. in cauſ. civil.* Rub. de *Except.* n. 11. Marant. de Ordin. Jud. 6. part. mem. 9. n. 11. Damhaud. cap. 136. in Praxi, & Rebuf. in Tract. de Exceptionibus, n. 25. & eſt Ordinatio Luſitanorum, lib. 3. tit. 38. in princ.

(*b*) Secundùm Doct. communiter in leg. *Fratris*, & ibi Riminald. n. 1. Cod. de *Tranſact.* Et de exceptione jurisjurandi loquitur text. in leg. 1. ff. de *Jurejur.* De exceptione vero tranſactionis loquitur text. in dict. leg. *Fratris*, & ibi Dec. n. 1. Et de exceptione rei judicatæ agit text. in leg. 1. ff. de *Re jud.* Et tradit Bartol. in leg. *Nam, & poſtea*, ff. de *Jurejur.* Doct. in cap. 1. de *Lit. conteſt.* in 6.

(*c*) Ubi ſupr.

(*d*) De qua in leg. fin. & ibi Bartol. ff. *Pro ſuo.*

(*e*) In leg. *Poſtquam liti*, Cod. de *Pact.*

(*f*) Ut probat text. in cap. 1. de *Lit. conteſt.* in 6. Et tradit Joan. de Amicis conſ. 48. n. 1. 6. 8. & 12. & conſ. 63. n. 2. Cumanus conſ. 39. n. 5.

(*g*) Secundùm gloſſ. magiſtram in cap. 1. de *Ord. cogn.* Bald. in dict. leg. *Poſtquam liti*, col. 2. Alex. & omnes in dict. leg. *Nam, & poſtea.* Ripam in leg. *Si inſulam*, n. 79. ff. de *Verb. oblig.*

(*h*) Ut declarant Bald. & Alex. in leg. 4. §. *Condemnatum*, ff. de *Re jud.*

(*i*) Secundùm Bartol. in leg. *Ille à quo*, §. *Si de Teſtamento*, ff. *Ad Trebel.*

,, Vmd. imploro: y ante todas coſas pido debido pronunciamento ſobre eſte articulo, y juro en forma de derecho, que eſta excepcion no pido de malicia, &c.

7. Et intellige, quòd quando reus opponit exceptionem peremptoriam *in vim dilatoriarum* ante litem conteſtatam, ad impediendum litis ingreſſum, & ſuper ea recipiuntur teſtes, & in ea ſuccubuit, quòd poterit poſt litem conteſtatam eandem opponere *In vim Peremptoriæ* ad merita cauſæ, & novos teſtes ſuper ea producere. (j) 8. Quando verò prædictæ tres exceptiones litis finitæ, & reliquæ (k) opponuntur *in vim peremptoriarum* ad merita cauſæ, objici debent poſt litem conteſtatam uſquead ſententiam diffinitivam, & non poſt. (l)

9. Sunt tamen aliquæ exceptiones peremptoriæ, quæ poſt diffinitivam opponi poſſunt, de quibus agit Maranta, (m) & nos dicemus infrà in 12. Tempore: 10. in Luſitania verò reus tenetur opponere exceptiones peremptorias poſt litem conteſtatam, & intra decem dies illas probare. (n) De *Jure hujus Regni* debet eas opponere reus poſt litem conteſtatam intra viginti dies, (o) quo termino elapſo, reus non poterit eas opponere, niſi cum juramento aſſerat, eas de novo emerſiſſe, vel noviter ad ſuam notitiam veniſſe, & ſimul Judex determinet admittendas eſſe: 11. & ſi reus non probaverit dictas exceptiones intra terminum ei à Judice conceſſum ad eas probandas, in expenſis condemnandus erit arbitrio Judicis. (p) 12. Rurſus, ſi reus viderit aliquod jus ſibi competere adverſus actorem, tenebitur intra dictos viginti dies proponere reconventionem, vel mutuam petitionem: 13. & ſi exceptiones aliæ, vel reconventiones fuerint ejus qualitatis, quæ probari debeant per inſtrumenta, debebit illa porrigere ſimul cum exceptionibus, & reconventionibus: 14. ſi verò per teſtes ſint probandæ, jurare debet, ſe teſtes ad hoc habere; cæterum ſi dixerit, probandas eſſe per teſtes, & inſtrumenta, tenebitur producere inſtrumenta intra dictos viginti dies: quibus tranſactis, non debent per Judicem admitti, niſi reus juraverit ſolemniter, inſtrumenta de novo fuiſſe reperta, nec anteà ſe potuiſſe illa producere; (q) 15. cæterum ſi objiciens exceptiones peremptorias fuerit Minor, Civitas, Eccleſia, Collegium, vel Univerſitas, vel alia quæcunque perſona, cui de Jure competat reſtitutio in integrum, tranſactis illis viginti diebus, poterit hanc reſtitutionem petere, & ſibi erit concedenda ſemel, cum denegatione alterius reſtitutionis concedendæ, dummodo illam petat ante concluſionem cauſæ ad diffinitivam; 16. ſi verò fuerit perſona, cui prædicta reſtitutio non competat, publicatis atteſtationibus, non poterit objicere aliam exceptionem in prima inſtantia, ad hoc ut ſuper ea probatio admittatur, niſi per confeſsionem partis adverſæ velit eam probare, ita diſponit lex 5. tit. 5. lib. 4. Recop. & in leg. 6. ejuſdem tit. & lib. præſcribitur pœna contra minorem petentem reſtitutionem, ad objiciendas novas exceptiones, publicatis atteſtationibus, ſi eas non probaverit. Et quando reus objicit prædictas exceptiones peremptorias, reſpondet directè ad petitionem principalem actoris, modo, & forma ſequenti.

LIBELLUS RESPONSORIUS REI ad repetitionem actoris, cum exceptionibus peremptoriis, & reconventione.

Iluſtre Señor.

17. ,, Geronymo, vecino de la Ciudad de Zamora, como mejor haya lugar de derecho, parezco ante Vmd. reſpondiendo à una demanda contra mì pueſta por parte de Pedro, vecino de eſta Ciudad de Salamanca, en que en efecto me pide cien ducados, que dice le eſtoy obligado à pagar, por razon de que debiendoſelos un Juan, vecino de eſta dicha Ciudad, yo me le conſtituì por pagador de la dicha deuda, ſegun, y que mas largamente en ſu demanda ſe contiene, cuyo tenor habido aqui por repetido, y à èl me refiriendo, digo: que juſticia mediante, Vmd. me debe abſolver, y dàr por libre de la dicha demanda, y de lo en ella contenido, condenando en coſtas à la parte contraria, lo qual aſsi pido, y Vmd. debe hacer por lo ſiguiente. Lo primero, por todo lo general, que ſe ſuele decir, y alegar, que hè aqui por expreſſo: y porque la dicha demanda no es pueſta por parte, ni contra parte, tiempo, y forma, careſce de relacion verdadera en todo, y por todo, y por tal la niego, afirmandome en la conteſtacion por mì fecha. Lo otro, porque niego eſtàr yo obligado à pagar al dicho adverſo los dichos cien ducados, ni tal con verdad ſe probarà. Lo otro, porque el dicho Juan, al tiempo que el dicho adverſo dice me conſtituì por ſu pagador, no le debia coſa alguna; y ſi algo le debiò, fuè mucho tiempo deſpues de quando dice, que yo me conſtituì por ſu pagador: y aſsi no le compete à la parte contraria la accion, que menos bien ha intentado. Lo otro, porque caſo no confeſſado, que lo ſuſodicho ceſſira, que no ceſſa, Vmd. ſabrà, que el dicho adverſo havia hecho pacto, y concierto con el dicho Juan de no le pedir la dicha deuda, y aſsi le obſta la excepcion *pacti de non petendo*: y por el conſiguiente à mì en ſu nombre, la qual opongo al dicho adverſo *in vim peremptoriæ*. Lo otro, porque aunque no huviera lugar lo arriba dicho, que sì hà, el dicho adverſo me eſtà obligado à pagar doſcientos ducados, que le preſtè, de los quales me hizo eſcritura de obligacion, y el plazo de la paga es paſſado, como conſta de eſta eſcritura pública de obligacion, de la qual hago preſentacion en lo que hace, ò hacer puede en mi favor, y no en mas, ni aliende, con el juramento, y ſolemnidad neceſſario, &c. los quales le pongo por reconvencion, mutua peticion, ò nueva demanda, ò como mas haya lugar de derecho: à Vmd. pido, que por ſu ſentencia, que en tal caſo lugar haya, le condemne à que me los dè, y pague por todo remedio, y via executiva: por lo qual, y lo que mas en mi favor haga, pido à Vmd. ſegun, y como de ſuſo pedido tengo; y en lo neceſſario, el Oficio de Vmd. imploro, pido cumplimiento de juſticia, y las coſtas, proteſto, y juro à Dios, y à eſta ✠ que eſtas excepciones, y reconvencion no pongo de malicia, &c.

EXPOSITIO HUJUS LIBELLI reſponſorii.

18. Diximus: *Geronymo, &c.* quia in iſto libello reſponſorio nomen actoris, & rei apponi debet, ſicut in libello principali actoris diximus ſuprà in 4. Tempore: 19. nam in objiciendis exceptionibus efficitur actor; (r) 20. quod enim licet actori, licet reo. (ſ)

Diximus: *Reſpondiendo à una demanda, en que en efecto dice, &c.* Iſta clauſula continet narrationem petitionis actoris: 21. quæ narratio fieri debet ſummariè, ad petitionem actoris ſe referendo per illa verba: *Segun, è que mas largamente, &c.* 22. ex narratione enim ſimpliciter facti reſultat exceptio competens reo, ſecundum Bartolum num. 5. & 6. in leg. 1. ff. de *Except.* ubi num. 7. concludit, 23. exceptionem non in genere, ſed in ſpecie proponendam eſſe. (t)

Diximus: *No es pueſta por parte, &c.* quia petitio forſan propoſita fuit ab aliquo, non habente legitimam perſonam ſtandi in Judicio, ut putà, à procuratore non habente mandatum. (u)

Diximus: *Ni contra parte, &c.* nam ſi petitio non fuit poſita à parte, ſequitur quod, nec contra partem, cum ſint correlativa: 24. & ex vi correlativi poſito uno, reliquum cenſetur poſitum. (x)

Diximus: *En tiempo, &c.* ratione præſcriptionis, 25. qua tutus eſſet reus: (y) apponitur etiam iſta clauſula ad excludendam intentionem actoris, ſi forſan ante tempus intentavit actionem. (z)

Diximus: *Ni en forma, &c.* 26. quia ſi libellus petitionis non contineat cauſam, vel in eo deficiat aliquid ex ſubſtantialibus, de quibus diximus in 4. Tempore, rejiciendus erit. Et omnes ſupradictæ clauſulæ frequenter, & ſemper apponuntur in quolibet libello reſponſorio: deinde in ſpecie adjiciuntur exceptiones reo competentes adverſus actorem per illa verba: *Lo otro, &c.* Et in præſenti libello, exempli gratia, appoſuimus illam exceptionem, *quod debitum non præceſſerat*: 27. quia ad hoc ut actio de *conſtituta* competat, requiritur quod poſt debitum contractum conſtitutor ſe obliget. (a) Deinde fuit appoſita

(j) Juxta text. in cap. *Veniens* 2. de *Teſtib.*

(k) Quarum exempla ſubnectit Aſin. in Praxi, §. 13. cap. 6. & Marant. 6. part. mem. 9. n. 11.

(l) Ut probatur in leg. *Peremptorias*. Ubi Bald. & alii, Cod. *Sent. reſc. non poſſ.* & Bertrand. conſ. 75. n. 4. vol. 1. Dec. in Rub. Cod. de *Edend.* n. 6. Imol. & omnes in cap. *Exceptionem*, Extra de *Except.*

(m) In dict. mem. 9. n. 17.

(n) Ut in lib. 3. Ordinat. tit. 38. in princip.

(o) Ut probat text. in leg. 1. tit. 5. lib. 4. Recop.

(p) Ut probat dict. leg. 1. quæ tamen limitanda erit ex traditis per Rodericum Suarez in leg. *Poſt rem judicatam* in declaratione leg. Regni, §. *Pro evidentia*, num. 40. ff. de *Re jud.*

(q) Hæc Praxis præſcribitur à dict. leg. 1. tit. 5. lib. 4. Recop.

(r) Juxta text. in leg. 1. & 2. ff. de *Except.*

(ſ) Ut in leg. *Non debet*, ff. de *Reg. jur.* in 6.

(t) Idem firmat Felin. in cap. *Paſtoralis*, col. 5. de *Except.* & in cap. *Cum ordinem*, de *Reſcr.* col. 7. verſ. *Prima declaratio*, & verſ. *Sexta declaratio.*

(u) Ut in leg. *Procuratorem*, ff. de *Proc.* leg. 3. tit. 2. lib. 4. Recop. vel ab aliis, de quibus diximus in 5. Tempore, num. 13. & 83.

(x) Ut inquit gloſſ. in Clem. 1. verb. *Æternaliter*, de *Sum. Trinit.*

(y) Ut in tit. Cod. de *Præſcr. 30. vel 40. ann.* & plures caſus præſcriptionis congerit Montalv. in leg. 7. tit. 11. lib. 2. For. in gloſſ. 1. & vide per Covarr. in Reg. *Poſſeſſor*, de *Reg. jur.* in 6.

(z) Contra text. in §. *Plus autem*, Inſt. de *Act.* & in cap. unic. de *Plus peti.*

(a) Ut in leg. 1. §. *Debitum*, & §. fin. ff. de *Conſt. pecun.*

ta alia exceptio *pacti de non petendo* facti ab actore in favorem primi debitoris, 28. ad hoc enim ut actio de conſtituta pecunia competat, primum debitum elidi non debet aliqua exceptione à *Jure Prætorio* inducta. (b) Fuit præterea appoſita alia clauſula, ſcilicet, *como conſta de eſta eſcritura, de que hago preſentacion, en lo que hace, ò hacer puede en mi favor, y no en mas, ni aliende*: quoniam contra producentem inſtrumentum verba ejus ſunt interpretanda: (c) ac proinde ponitur prædicta clauſula, cum per illam fiat proteſtatio, quod producens inſtrumentum intendit illud producere ſolummodo in partibus pro ſe facientibus, in quo caſu ſupradicta concluſio ceſſat, ſecundum Doctores relatos à Decio, ubi ſuprà, quo in loco ponit contracautelam, ad hoc ut prædicta clauſula non proſit ponenti illam, nempè, quòd adverſarius dicat, ſe velle uti prædicto inſtrumento, non obſtante proteſtatione producentis; optima tamen cautela eſt ex parte producentis, ut ſemper producat inſtrumentum cum prædicta clauſula proteſtationis, & ita quotidie in *praxi* fit, quoties inſtrumentum aliquod producitur: ſit etiam cautus ille contra quem producitur, ut contradicat proteſtationi, 29. Fuit etiam appoſita clauſula reconventionis, quæ, quando reo competit, intra illos viginti dies apponi debet. (d)

Diximus, *por todo lo qual, &c.* quia per hæc verba ponitur clauſula concluſionis, 30. quæ ſicut in libello actoris requiritur, ita & in libello rei. (e)

31. Poſtquam iſte libellus reſponſorius productus fuerit à reo, Judex mandat copiam ejus actori exhiberi, (f) 32. & tunc actor habet ſex dies connumerandos à die notificationis illius libelli, ad reſpondendum exceptionibus in dicto libello contentis, & ad replicandum, & producenda ſua inſtrumenta ſuper illis: 33. quibus ſex diebus tranſactis, actor amplius non poterit ſua inſtrumenta producere, niſi cum juramento, quòd de novo venerunt in ejus notitiam: quo caſu actor poterit illa producere uſque ad ſententiam interlocutoriam probationis. 34. Et ſi in libello reſponſorio rei, fuerit appoſita reconventio adverſus actorem, tunc actor habebit novem dies ad reſpondendum, & objiciendas ſuas exceptiones, & producenda ſua inſtrumenta. Ita diſponitur in leg. 2. tit. 5. lib. 4. Recopil. quam diſpoſitionem *ſtylus forenſis* non recepit; ſed in quacunque parte litis uſque ad concluſionem cauſæ inſtrumenta, tàm ab actore, quàm à reo producta admittit, (g) imò ex juſta cauſa poſt concluſionem admittit, ut reſolvit Maranta; (h) dummodo producens juret, noviſſimè fuiſſe reperta, nec antea in ejus notitiam veniſſe, ita cum Bartolo, & communi reſolvit Covarruvias (i) aſſerens, apud Regia Tribunalia nil frequentius recipi, quàm hanc communem Bartoli: admonet tamen ipſe Judices, quod cautè inſtrumenta admittant poſt concluſionem in cauſa, aſſerens facilius poſſe admitti, quando concluſum eſſet in cauſa, in qua poſt illam ſententiam non eſſet locus appellationi, vel ſupplicationi: ego vero crederem, quòd ſi in foro ſæculari, in quo leges Regiæ ſunt obſervandæ, oppoſita fuerit exceptio d. leg. 1. tit. 2. & leg. 2. tit. 5. lib. 4. Recop. (in quibus intra certum terminum ſtatuitur inſtrumenta eſſe producenda, & non ultra) tunc pars producens tenebitur articulare, & probare, ſtylum hunc contrarium illis legibus per decennium eſſe inductum, aliàs prædictæ leges Regiæ Novæ Recop. eſſent obſervandæ: (j) nam qui ſtylum contrarium allegat, illum probare debet, ex notatis à nobis ſuprà in 5. Annotat. num. 32. Et hinc eſt, quòd quando inſtrumenta producuntur ab alia parte, Judex reſpondet, *quod habet pro productis, & quod in proceſſu ponantur ſalvo jure impertinentium, & non admittendorum, &c.* vel dicit: *Admitanſe en quanto hà lugar de derecho.* Et ita ſemper Judex reſpondere debet, ut jus ſalvum partibus remaneat opponendi dictam exceptionem: & juxta hanc reſolutionem ſunt intelligenda, quæ diximus ſupra in 4. Tempore num. 58. & in iſto Tempore num. 14. Et ſupradicta replicatio actoris eſt, *per quam reſolvitur exceptio, &*

(b) Ut probat text. in leg. *Quod ſi maritus*, & ibi gloſſ. ff. de *Conſt. pecun.*

(c) Juxta text. cap. *Cum olim*, de *Cenſib.* not. gloſſ. in cap. *Præſentium*, verb. *Proteſtatus*, de *Teſtib.* Tradunt Dec. in cap. *Cum venerabilis*, n. 22. de *Excep.* & Barb. in conſ. 53. fol. 104. col. 7.

(d) Ut in leg. 1. tit. 5. lib. 4. Recop. Et plura de reconventione invenies apud Marant. de Ord. Jud. 4. part. in 6. diſt. judiciorum.

(e) Secundùm gloſſ. in leg. 1. verb. *Videtur*, ff. de *Except.* Et notat ibi Bart. n. 5. & etiam Praxis obſervat, tametſi Bart. & alii in dict. leg. 1. ff. de *Except.* oppoſitum teneant.

(f) Ut firmat Bart. leg. 1. §. 1. n. 7. ff. de *Edend.* & nos diximus ſupr. in 4. Tempore, n. 60.

(g) Juxta diſpoſitionem juris communis in cap. *Cum dilectus*, Extra de *Fide inſtr.* quam praxim, & ſtylum refert Covarr. in Pract. Quæſt. cap. 20. n. 8.

(h) De Ord. Jud. p. act. n. 27.

(i) Ubi ſupr.

(j) Juxta notata ab Imol. & Fel. in cap. 1. de *Treg. & pace.*

jus rei. (k) Et libellum replicationis ab actore producendum formabis modo ſequenti.

LIBELLUS REPLICATIONIS *actoris ad libellum rei.*

Iluſtre Señor.

35. „Pedro, vecino de eſta Ciudad, en
„la cauſa con Geronymo, reſpondiendo à un
„eſcrito de excepciones, preſentado por la
„parte adverſa, en que en efecto dice no eſ-
„tàr obligado à dàrme coſa alguna, por
„quanto al tiempo, que ſe me conſtituyò por
„pagador de la dicha deuda, el dicho Juan
„no me debia nada: y porque entre mi, y
„el dicho Juan havia havido pacto, y con-
„cierto de que no le pediria coſa alguna, an-
„tes dice deberle yo à èl docientos ducados,
„que me empreſtò, y de ellos me pone re-
„convencion, ſegun, y que mas largamente
„ſe contiene en el dicho ſu eſcrito, cuyo te-
„nor habido aqui por inſerto, y à èl me re-
„firiendo, digo: Que ſin embargo de las
„excepciones, y defenſiones por el dicho ad-
„verſo alegadas, Vmd. debe hacer ſegun, y
„como por mi es pedido, aſsi por lo por mi
„dicho, y alegado, como por lo ſiguiente.
„Lo primero, porque las dichas excepciones
„no ſon dichas por parte, en tiempo, y for-
„ma, no conſiſten en hecho, ni han lugar de
„derecho, ſon frivolas, y no verdaderas, y
„tales, que no deben ſer admitidas, y aſsi
„las niego. Lo otro, porque niego que el
„dicho Juan no eſtuvieſſe obligado à pagar-
„me los dichos cien ducados antes, y al
„tiempo, que el dicho adverſo ſe me conſti-
„tuyò por pagador de ellos: porque Vmd.
„ſabrà, que yo empreſtè al dicho Juan los
„dichos cien ducados por el mes de Marzo
„proximo paſſado de eſte preſente año, y el
„dicho adverſo ſe me conſtituyò por paga-
„dor de ellos à principio del mes de Mayo
„proximo paſſado de eſte dicho año. Lo
„otro, niego el pacto, y concierto, que ale-
„ga; y ſi algun concierto huvo, ſeria ſobre
„otros cien ducados, que el dicho Juan me
„debia de una heredad, que le vendì. Lo otro,
„niego que yo deba al dicho adverſo los do-
„cientos ducados, que pone por reconven-
„cion: porque caſo que me los empreſtaſſe,
„ſe los tengo pagados, y recebida carta de
„pago de èl, como conſta de eſta eſcritura
„pública, de que hago preſentacion, con el
„juramento, y ſolemnidad neceſſaria, &c.
„Por lo qual, y lo que mas en favor mio
„haga, à Vmd. pido, ſegun, y como pedi-
„do tengo, y en lo neceſſario el oficio de
„Vmd. &c. y pido juſticia, y coſtas, y ne-
„gando lo prejudicial, *novatione ceſſante*, con-
„cluyo, &c.

36. Circa ſupradictum libellum eſt advertendum, quòd illa clauſula: *No ſon dichas por parte, ni contra parte; en tiempo, ni en forma, &c. hodie* poteſt eſſe magni momenti attenta diſpoſitione leg. 10. tit. 17. lib. 4. Recopil. qua ſtatuitur cauſas terminandas eſſe, ſola veritate attenta, nec proceſſus eſſe annullandos, quamvis ſubſtantialia ordinis judiciarii fuerint omiſſa, niſi à parte adverſa fuerit oppoſita exceptio ordinis judiciarii non ſervati, & petitum fuerit, quod ordo judiciarius ſervetur: nam ſi exceptiones non fuerint oppoſitæ tempore debito, & in eis opponendis non fuerit ſervatus ordo judicii à legibus hujus Regni requiſitus, videtur quòd veniant annullandæ, cum per prædictam clauſulam, implicitè oppoſita exceptio ordinis non ſervati cenſeatur. (l) Ego vero exiſtimo, per prædictas clauſulas non eſſe annullandos proceſſus, ex eo quòd ſubſtantialia ordinis judiciarii in eis fuerunt omiſſa, nam non ſufficit à parte prædictam exceptionem opponi, & peti implicitè; ſed neceſſe eſt, quòd explicitè, & expreſsè pars petat nominatim, in quibus ſubſtantialia judicii debeant obſervari, ut conſtat ex verbis dict. leg. 10. ibi: *Declarandolas, &c.*

37. Poſtquam iſte libellus replicationis actoris fuerit oblatus Judici, copia ejus exhibenda eſt reo: 38. qui habet alios ſex dies à die notificationis, ad reſpondendum huic libello replicationis, & ad duplicandum ſuper exceptionibus ab actore in illo libello allegatis, & ad producenda ſua inſtrumenta ſuper ſua duplicatione: 39. & tranſactis illis ſex diebus, reus deinceps non poterit producere ſua inſtrumenta, niſi cum juramento affirmet, de novo in ſuam notitiam perveniſſe, quo caſu reus uſque ad ſententiam diffinitivam poterit ſua inſtrumenta producere: hanc *praxim* præſcribit dict. lex 2. tit. 5. lib. 4. Recop. 40. Et eſt advertendum, quod eodem die, quo inſtrumenta fuerint producta, tàm ab actore, quàm à reo, temporibus ſibi permiſsis, copia ſimplex ſine die, menſe, & anno unicui-

(k) Ut probatur in princ. Inſtit. de *Replic.* & in leg. 1. & in leg. antep. ff. de *Except.* & notant Joan. Andr. & omnes in cap. 1. de *Except.* in lib. 6.

(l) Ita in ſimili reſolvit Didac. Perez in leg. fin. tit. 4. lib. 3. Ordin. in gloſſ. penult. loquens de clauſula: *Peto juſtitiam.*

que parti erit danda, niſi aliqua ex partibus cum juramento aſſerat, ſe velle inſtrumenta partis adverſæ de falſo redarguere: nam tunc originaliter erunt ſibi oſtendenda: (*m*) & libellus duplicationis rei concipiendus erit forma ſequenti.

LIBELUS DUPLICATIONIS rei ad replicationem actoris.

Iluſtre Señor.

41. ,, Geronymo, vecino de la Ciudad ,, de Zamora, en la cauſa con el dicho Pedro, ,, en reſpueſta de una réplica de razones por ,, el dicho adverſo preſentada, en que dice, ,, que ſin embargo de mis excepciones, ſoy ,, obligado à le pagar los dichos cien ducados, que menos bien me pide, à cuyo tenor me refiriendo, digo: Que todavia de ,, juſticia Vmd. me debe dàr por libre de lo ,, que el dicho adverſo me pide, y en eſta ,, cauſa hacer ſegun, y como por mì es pedido: y à las razones de ſu réplica ſe ſatiſface por lo ſiguiente. Lo primero, que en ,, lo que dice, que yo me conſtituì por pagador del dicho Juan al principio del dicho mes de Mayo, no pudo ſer, porque ,, aquel tiempo, y muchos dias antes, y deſpues yo no eſtuve en eſta Ciudad, y aſsi ,, no me le pude obligar. Lo otro, porque à ,, aquel dicho tiempo yà el dicho adverſo havia averiguado, y fenecido ſus cuentas con ,, el dicho Juan de todos los dares, y tomares, que entre ellos havia havido haſta ,, aquel dicho tiempo: y de cierto alcance, ,, que el dicho adverſo le hizo, huvo pacto, ,, y concierto de no ſe los pedir jamàs, en el ,, qual concierto ſe incluyeron los dichos ,, cien ducados, que agora me pide. Lo otro ,, niego, que me haya pagado los dichos docientos ducados, que le empreſtè, ni que yo ,, le haya dado carta de pago: y la eſcritura ,, que de ello preſentò no es authentica, ni ,, verdadera, y aſsi la redarguyo de falſo civilmente: y juro à Dios, y à eſta ✠ que ,, eſta redarguicion no hago de malicia. Por ,, que pido à Vmd. ſegun pedido tengo, y en ,, lo neceſſario el oficio de Vmd. imploro, pido ,, cumplimiento de juſticia, y coſtas, y negando lo prejudicial, *novatione ceſſante*, ,, concluyo en el articulo, que concluſion requiere, &c.

Diximus, tàm in libello replicationis actoris, quàm in libello duplicationis rei, *novatione ceſſante, negando lo prejudicial, &c.* 42. quia clauſula iſta erit apponenda in quolibet horum libellorum, cùm ſit valde utilis, & magni effectus: nam ſi aliquid præjudiciale fuerit appoſitum in libello adverſarii, quod in ſpecie non fuerit negatum: vel ſi ab ipſomet producente aliquid per incuriam, vel errorem in ſuo libello dictum fuerit, quod damnum eidem inferret, per prædictam clauſulam videtur illud revocare, & recedere à ſua confeſsione per errorem facta. (*n*)

Diximus etiam in utroque libello replicationis, & duplicationis, *concluyo en el articulo, &c.* 43. nam licèt de *Jure Communi* dabatur triplicatio, & quadruplicatio: (*o*) 44. tamen de *Jure hujus Regni* ſolummodò datur replicatio, & quadruplicatio, & ita neutra pars porrigere poteſt ultra duos libellos, actor nempè, libellum petitionis principalis, & libellum replicationis, reus verò libellum reſponſorium ad petitionem actoris, & libellum duplicationis, & deinceps nullus alius libellus, nec petitio erit admittenda, 45. ſed ſtatim cauſa habetur pro concluſa ad probationes recipiendas, ſine aliquo actu concluſionis, etiamſi per partes non concludatur: (*p*) ac ideò Judex ſtatim proferet ſententiam interlocutoriam, per quam partes ad probationem recipit, & interrogatoriis, & articulis poſtmodum à partibus productis, ſi in vim poſitionum ponantur ad invicem per partes, tunc Judex eis præcipere debet, quòd juramentum calumniæ præſtetur, & poſitionibus reſpondeatur; (*q*) tamen quia poſitiones ponuntur, poſtquam Judex recipit partes ad probationem, de qua re profert ſententiam interlocutoriam, & in termino probatorio poſitiones ponuntur, ideò prius videndum erit de 8. Tempore.

(*m*) Secundum Specul. Tit. de Inſtrum. editione, §. *Videndum*, n. 13. & Bart. leg. 1. §. 1. n. 6. ff. de *Edend.* Idem firmat gloſſ. in §. *Item verborum*, verb. *Toto die*, Inſtit. de *Inutil. ſtipul.* & Salic. n. 4. & Bald. num. 2. in leg. fin. Cod. de *Fid. Inſtrum.* Et ita diſponit leg. 3. tit. 5. lib. 4. Recopil.

(*n*) Ut in leg. *Error*, Cod. de *Jur. & fact. ignor.* & in leg. *Non fatetur*, de *Confeſ.* ff. & in cap. fin. Extra de *Confeſ.*

(*o*) Juxta text. in leg. 2. ff. de *Except.* & in princ. Inſtit. de *Replic.*

(*p*) Juxta text. in leg. 2. tit. 5. lib. 4. Recop. & in leg. 9. tit. 6. lib. 4. Recop. & in leg. 4. in fin. tit. 16. lib. 2. Recop. In Luſitania verò quot libelli ab utraque parte produci poſsint; diſponit Ordinatio Luſit. leg. 3. tit. 15. §. 12.

(*q*) Ut diſponit leg. 1. tit. 6. lib. 4. Recop.

EX OCTAVO TEMPORE.

SUMMARIA.

1 *Judex intra ſex dies interlocutoriam ſententiam proferre tenetur, per quam recipiat partes ad probationem.*

2 *Judex à parte requiſitus, ut intra ſex dies ſententiam interlocutoriam proferat, ſi facere neglexerit, pœnam quinquaginta mille dipondiorum ſuſtinebit.*

3 *Probatio eſt alicujus rei per argumenta oſtenſio.*

4 *Probationum ſpecies ſunt ſex, ad quas cæteræ rediguntur.*

5 *Plena, & legitima probatio eſt illa, quæ fit, aut per inſtrumentum, aut per duos teſtes.*

6 *Efficacior eſt probatio teſtium, quàm inſtrumentorum.*

7 *Inſtrumentum per duos teſtes reprobari poteſt.*

8 *In litibus exercendis parem obtinent auctoritatem teſtes, & inſtrumenta.*

9 *Ad reprobationem inſtrumenti duo teſtes non ſufficiunt.*

10 *Plures ſunt caſus, in quibus duo teſtes non ſufficiunt.*

11 *Vox unius, vox nullius eſt.*

12 *In aliquibus caſibus dictum unius teſtis fidem facit.*

13 *Judex multitudinem teſtium refrænare poteſt.*

14 *Regio Jure numerus teſtium taxatus eſt uſque ad triginta, & in Luſitania uſque ad viginti.*

15 *Hodierno ſtylo duodecim tantum teſtes in quolibet articulo recipiuntur.*

16 *Teſtes per Judicem compelli poſſunt, ut ad teſtificandum veniant.*

17 *Teſtis, qui ſe ingerit, ſuſpectus cenſendus eſt.*

18 *Teſti precibus adducto magna fides adhibetur.*

19 *Teſtis non precibus, ſed precio corrumpitur.*

20 *Poteſt pars teſtem inſtruere de his, quæ dicturus eſt.*

21 *Centum requiſita debet Judex in teſtibus conſiderare, ut eis fidem adhibeat.*

22 *In cauſis pecuniariis unica tantum dilatio olim ad probandum dabatur.*

23 *Tres dilationes, & non plures poteſt concedere Judex.*

24 *Quartam dilationem, juris ſolemnitate ſervata, poteſt Judex concedere.*

25 *Si pars renuntiet productioni teſtium, ampliùs non auditur.*

26 *Si pars ignoret alios habere teſtes, etiamſi productioni teſtium renuntiet, audiri poterit.*

27 *Regio Jure, ſi pars renuntiaverit teſtium productioni, auditur alios producendo.*

28 *Poſt didiſcita teſtificata non recipiuntur alii teſtes.*

29 *Regio Jure omnes tres dilationes ſub una conceduntur, & non ſucceſsivè.*

30 *Arbitrio Judicis taxari debet dilatio.*

31 *Jure communi dandæ ſunt in criminalibus duæ dilationes accuſatori, & reo tres.*

32 *Termini probatorii varii judicantur.*

33 *Termini probatorii ſunt arbitrarii, ac propterea reſtringi poterunt, ſeu prorrogari.*

34 *Jure Regio Judices non poſſunt prolongare terminos probatorios ultra octuaginta dies, quando fieri debet probatio* aquende los puertos.

35 *Quando probatio fieri debet* allende los puertos, *terminus probatorius tantum poteſt uſque ad centum, & viginti dies prorogari.*

36 *Ex cauſa bene poteſt Judex terminum probatorium coarctare.*

37 *Quando probatio fieri debet ultra mare, aut extra Regnum, poſſunt petere partes terminum ultramarinum.*

38 *Sex menſes aſsignantur in termino ultramarino, & quæ requirantur, ut concedi debeat ſermone Hiſpano traditur.*

39 *Si probatio fieri debeat apud Indos, non terminus ultramarinus, ſed dilatio ordinaria unius anni peti debet.*

40 *Si terminus probatorius in prima inſtantia petitus non fuerit, in cauſa appellationis exigi poterit.*

41 *Libellus petitionis termini ultramarini ſermone Hiſpano conceptus.*

42 *Reſponſio Judicis ad petitionem termini ultramarini.*

43 *Pars producit teſtes ad teſtificandum, ſuper petitione termini ultramarini.*

44 *Sententia Judicis interlocutoria, qua præcipitur parti petenti terminum ultramarinum, ut pecunias deponat ad perſolvendas ſportulas, & pœnam.*

45 *Probatio facta, nulla dilatione à Judice aſsignata, valida eſt, & tenet.*

46 *Elapſo termino à Judice aſsignato, non poſſunt amplius teſtes recipi.*

47 *Teſtes ante elapſum terminum producti, & jurati poſſunt, etiam eo elapſo, examinari.*

48 *Si dilatio aſsignetur à Judice, teſtes intra dilationem debent jurare, & examinari, aliàs non admittuntur.*

49 *Poſt teſtium publicationem non poteſt teſtis examinari.*

50 *Impertinentes, & ſuperfluas probatio-*